Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

malo multitudo. q̃ habet regnũ sup reges terre. quia
maxime malo multitudo in regib; e huius seculi prin
cipib; in superbia eleuat. Sic enim dicit ciuitas magna
habet potestatem sup reges terre tamquam diceret. ipsi
seculi regnũ in cunctis superbe potentib; regnat./
Et post hec uidi alium angelum descendentem de celo./Sic
uidentur hec uerba sonare quasi spacium aliquod fuerit
in hac reuelatione inter uisionem e uisionem. sed non est ita.
Vno enim die hec omnia uidit iohs. id est die dnico. Sic
quippe dicit uidi alium. quasi diceret. uidi aliam uisionem.
Vnus itaq; angelus fuit qui has uisiones manifestauit
sed propter aliam uisionem angelum se alium uidisse dicit. Sic
e nos de quolibet dicimus. Alius in uidebatur cum illa
e illa uerba diceres. alius nunc apparet cum dissimilia loque
ris./Post hec inquit. id est post precedentem uisionem uidi
alium angelum de celo descendentem./Iste angelus. ipse est.
qui est nuntius patrie uoluntatis. e qui uitam eternam
suis annuntiat. cotidie fidelib;./Quo in loco quereret
quomodo de celo descendisse [illegible] eum iohs uidit. eum
filius dei. in diuinitatis substantia. cum patre e spiritu
sancto ubiq; sit. iuxta quod ipse p prophetam dicit. Celum
e terram. ego impleo. Et certa celum e terram locus non
ubi non sit dns./Sed descendit de celo. non quo de loco ad
locum transiret. sed quando in utero uirginali suscep
tus carnem e animam ut posset uideri in mea natu
ra. qui inuisibilis erat in sua./Descensio quoque illius nichil
est aliud quam carnis assumptio. De quo paulus dicit. Qui
cum in forma dei esset. humiliauit semetipsum. factus obe
diens usq; ad mortem./Habentem potestatem magnam/